18

20

(Dubia in processu Iur. Firmæ Ill.mi D.D. Deputatorum Regni Aragonum, adversus fundamenta revocatoris proposita, alterius Firmæ Proc. Fisc. M. D. N. R.

1.um

Cum Censorium de Magistratu nostro iuditium, mutuò exerceatur, et DD. Inquisitorum, et DD. Iudicantium officiis, quæ ita ipsis dispertita sunt, ut Inquisitores muniant iudicandi viam, Novemviri autem sententiam diffinitivam pronuncient, et exequantur; inde est ad ipsos Inquisitores privativè iuxta forales sanctione processum constructionem, usque ad sententiam diffinitivam spectasse; et consequenter de dilatoriis exceptionibus cognoscere, quæ vel ingressum, vel progressum causæ impediunt; si enim facturi sunt processum, in consequentiam cognituri sunt, an propositæ tales sint, ut eum impedire videantur.

2.

Et licet diceretur, in foris cautum expresse non fuisse, ad cuius Tribunal spectet, de his interlocutoriis iuditium interponere, dicendum videretur, ex natura cuiusque iurisdictionis, id metiendum esse, ut quæ merita causæ respiciant, Iudicantium censuræ subiiciantur, quæ vero ritum, et formationem processuum, ad Inquisitorum tribunal spectent, pro ut in eiusmodi casibus, optima legum interpres consuetudo, tot exemplaribus roborata, confirmavit. Et cum Inquisidoribus iuxta ceremonial actos sub tit. Extracion de Contadores, é Inquisidores fol. 77 fuerit datum todo aquel poder que iuxta los fueros

usos, y costumbres han tenido, y deben haver acerca los dichos processos de la dicha Enquesta videtur con iurisdictionem legis scriptæ verbis satis fuisse ex... sam, ut quæ non tantum ad foros, sed usus, et con suetudines referatur.

3um

Decima die mensis Junii in Novembrali iuditio iudicandi potestas informatur, et traditis processis ab Inquisitoribus, eorundem magnum illud termi natur imperium. Et licet dicatur in die tertia hanc causam concludi, et renunciari, id tamen videtur accipiendum, ne partes ad dicendum, vel probandum aliquid admitantur, non tamen est causa conclusa respectu Inquisitorum, ad pronunciandum, quæ tem pore habili per partes fuerunt supplicata; et eorum remanserunt deliberatione, cum iuxta for... 8um et 12um ~~offic~~ Inquis. off. Iust. Arag. usque ad ... ..um, et decimum diem sua officia exircere tenea... tur, et varias in his diebus pronunciationes fecis... processus Inquisitionum, satis videntur clamitan...

4um.

Iuxta foralem sanctionem anni 1528 sub num. ... collocatam, apparet, non posse Iudicantes cognosc... quotiescumque processus non fuerit terminatus, ... ad diffinitivam sententiam perductus, quasi diffi... subiectum, in quo eorum informetur iurisdictio, ... itaque in præsenti oblationes, et admissiones denun... ationum fuerint ab Inquisitoribus annullatæ cum omnibus subsecutis, et declaratum non fore pro... quibus, quia non fuerat in eis forma foralis obs... bata, videtur deficere subiectum, in quo possit iu... risdictio Iudicantium introduci, quod et agnovi...

forus 12 earundem uidearis in illis verbis, Sayando

Juzgar los procesos de las denunciaciones dadas

é prosequidos; sicq cum persone privatae conse

antur, videtur eorundem pretensam iurisdictione

iurisdictionem potuisse per firmam inhiberi,

ut agnoscunt Pratici nostri, et in simili casu

anno 1614 fuit praticatum, et obtemperata firma

5.um

Nec adversatur forus 29. quatenus ex eo intenditu

non posse quibuscumq juris firmis, Judicantiu

sententias, et executiones impediri, nam preterqu

quod ille forus de Judicantibus, qui in casu sue

iurisdictionis procedunt, videtur accipiendus; iu

illis verbis qualesquiere firmas de dreito non vi

dentur comprehensae casuales, et privilegiatae, sed co

munes, vulgo dictae volanderas, nam eisdem

verbis utitur forus Item como en los tiempos passa

do de apresions. et alii quam plurimi relati a

Molino in verbo firma pag 142. et tamen quod

die appresentiones, processus criminales, consulta

et alia per dictos foros privilegiata, per iurisfir

mam casualem, et privilegiatam impediuntur, qu

non videntur sub illa generali conceptione compre

hensae, sed tantum communes, vulgo volanderas, quo

et agnoscere videtur dictus forus 29. dum post

dixit, en cosa que sean de tercero, ó de terceras per

sonas, quas tamen inter communes, vulgo volanderas

connumerari, Pratici testantur, ad differentiam ca

sualium, et privilegiatarum.

6.um

Deinde quod intenditur Inquisitorum tribunal, ut

de suis exceptionibus cognoscere valeat, post tamen

ab eorum sententijs, ad Novum Virale Iuditium, recur-
interponi, non videtur aliqua forali sanctione
stabilitum, imo inconsonum videtur inter tribuna-
lia equalis potentie, et representationis (cum à D.
nro Rege, et Curia generali, omnis hec iurisdic-
fuerit mutuata, et in hec Tribunalia dispertita) ap-
apellationem introduci, cum nullum inferius vide-
atur, imo superius altero, in his, que ad cuius-
tium fuerat potestas atributa, nec liceat unum al-
terum turbare, sed unumquodque debeat suis li-
tibus contineri, et ex forali expressa dispositione
eius sit revocare, et annullare contra sui provis-
tum fuit providere.

2.

In officijs, possessio sine titulo non est manutene-
bilis, nec per firmam Procuratoris fiscalis posses-
sione privantur persone nominate, et exercentes ad-
iudicantium officium; nec eos in possessione officiorum
extitisse apparuit, nec in presenti de pacifica
constat, et sic manutenibiles; sicque tanto eorum
pretensa iurisdictio indebitur, cum subiectum illius
omnino defecisse videatur. Ex qua etiam causa
procuratores, et partes potuerunt inhiberi, ne iuris-
dictionem prestare conentur eis, quibus per fora-
les sanctiones, videtur in hoc casu denegata

3um

Cum à Dno nro Rege, sicut à mari flumina, à sol-
radijs, iurisdictiones omnes fluere, et refluere di-
cantur, non videtur inconsonum eius fiscum regu-
partem esse legitimam adversus contendentes ali-
quam sibi iurisdictionem atributam, et sic ad obti-
nendam à presenti Curia inhibitionem. Dubium

tamen est an Dni Deputati ad eius revocationem
praesentis firmae exclavatoriae, partes sunt legitimae,
cum iuxta foralis sanctiones, Procuratoris Fiscalis
beane auxiliari, adversus eos, qui iurisdictionem
indebitam introducunt, et obstante inhibitione
iuris firmae, maximo, et supremo Aragonum refugio,
sententias sine iurisdictione pronunciarunt.

9.um

Nec adversatur foralibus dispositionibus DD. Locumtenentes
Vargas, et Pallas in provisione firmae fiscalis
votum praestitisse, cum in ea praecipuum interesse
Dni nostri Regis firmantis sit, a quo omnis iurisdictio
mutuatur, et interesse eorum ad summum
secundarium potuit esse, quod in Regno non attenditur,
praecipue in his primis iuris firmarum provisionibus, in quibus omnes Locumtenentes, quod interveniunt in Consilio debent illas providere, aut
denegare, tam ex forali placito, quam ex antiqua
praxi, quamvis postmodum in revocatione, aut
declaratione, propositis suspitionibus a partibus
debeant se, a iudicandi munere abstinere.

10.

Cum ad Curiam Dni Iustitiae Aragonum peculiariter
spectet, fororum dubia decidere; si aliquod extitit
circa iurisdictionem horum Tribunalium, eiusdem
Curiae censurae debuit subiacere; sicut et cognoscere
de omnibus factis, et negotiis ad dominum nostrum
Regem pertinentibus; ut non incommode, vel incompetenter haec fis a Regio fisco in nostra curia fuerit
introducta, cum in aliis Regni tribunalibus, non possit
principaliter Regius fiscus agere, nec iuris firmae gravamen fiendi providere; imo haec privative ad hanc
Curiam videtur spectare.

11.

Nec magis videtur adversari, quod dicitur, summarissimam debere exceptione notoria, et liquidissima iniri; nam preterquam, quod ista eiusdem qualitatis visa fuit, ea regula in causis criminalibus limitationem patitur, nam cum damnum irreparabile contineant, non solum liquida, verum probabili exceptione debent provideri, et cum hec causa inquisitionis criminalis sit, eisdem regulis videtur gubernanda; maxime ne ius in armis remaneret, si hec tribunalia, pro arbitrio, suam vellent iurisdictionem vindicare.

12.

Cum in firmarum revocatione, quidpiam de novo nequeat allegari, imo ex eisdem iudicandum sit, videtur non posse in presenti nova merita adduci, quando de revocatione tantum firme fiscalis agitur, nulla declarationis facta mentione, nec posse inhibitionem peti ad favendum sententias in presenti mentionatas, de quibus in fiscali merita facta non fuerunt, quod potius ad declarationem videtur pertinere, ne videatur ex noviter deductis, que in facto consistunt, primam provisionem contra certissimam praxim, iniuste fiscari /